Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



89

hora tertia sexta & nona antiquus ille & hebraicus populus designatur. quum electus suus ab ipso mundi exordio: Dum recta dñi studium colore quasi non sinit inuenire cultura laborare; A undecima uero gentiles uocantur. quib; & dicitur; Quid hic statis tota die ociosi. Quienim transacto tam longo mundi tempore. putant sua labore neglexerant. quasi tota die ociosi stabant; Pensate frēs quid inquisiti respondeant. Di cunt eī. quia nemo nos conduxit: Nullus quippe ad eos patriarcha nullus pphēta uenerat. & quod dicunt. Ad laborē nemo nos conduxit. nisi uite nob uia ne mo predicauit. Quid ergo nos a bono opere cessantes inexcusationē nrā dicturi sumus. qui bene amatis uitro adfidem uenimus. qui uerba uite ab ipsis cunabulis audiuimus. qua abuberib; scē ecclie potū sup̄ne predicationis sumpsimus. cum lacte carnis. porsumus uero & tandem diuersitatis horarum & diā adunū quē q; hominē p̄ aetatum momenta distinguere; Mane quippe intellectus nr̄i puertia ē. Hora aut tertia adulescentia intellegi potest; Qua quasi sol in altū iā proficit. dum calor aetatis crescit. Sexta uero iuuentutē. qua uelut in centro sol figitur. dum in eo plenitudo roboris solidatur. Hora aut nona senectus intellegitur. in qua uelut sol a alto axe descendit. qua aetas a colore iuuentutis defic. Undecima uero hora ē. qua aetas quedecrepita uel uetula na dicit; Unde & greci ualde senes non γερόντες sed πρεσβύτερος appellant ut plus quā senes ē. ut inuenit. quos pfectiores uocant; Qua ergo ad uitā bonam alius in puertia. alius in adulescentia. alius in iuuentute. alius in senectute. alius inde crepita aetate p̄ducitur. quasi diuersis horis operarii ad unea uocantur; CONCORDIA Inhoc ista rum duarum fit concordia lectionum; Qua sic aptis currenti brauium. ita euangelium tribuit p̄ueneratibus in labore denarium. & quod euangelium dic̄ multi uocati. hoc aptis ait: omnes quidem currunt. & quod euangelium pauci electi. hoc apostolus dic̄ p̄p̄ unitatem corporis xp̄i unus accipit brauium;

DOMC IN SEXAG: LECTIO. EP. BEA. PAU. APOS. AD CORINT:

Frēs libenter enī sufferetis insipientes cū sitis ipsi sapientes; hoc ē dicere miror cum sapienter sitis. tā facile insipientib; consensisse. ut illos prauas p̄dicantes libenter audiatis me uilia uobis loquentem multo magis audire deb&is: breui rep̄hensione p̄stingit. quomodo in pectus doctoribus adquiescant dicendo. Sustinetis enim siquis uos in seruitutem redigit;